

trocinabor Pontifici . in quem culpa confertur .
Nulla ne igitur in uictoria moderatione utendum fu-
it ? Nullum ne discrimen sacrarum ac prophana-
rum rerum habendum ? Quis tam crudelis unquam
uictor fuit etiam apud Ethnicos , qui non abstine-
ret uim a templis . Augustinus scribit Gotthos , cum
cepissent urbem non modo a Christianorum templis
uim abstinuiffe , sed etiam his donasse uitam qui eo
profugerant . Tanta nominis Christiani reuerentia
apud barbaros illos fuit , qui doctrine cælestis ig-
nari , nomē tantum christianorum audierant . At isti
sacrilegi quas aras , quod sacellum , reliquerunt in-
tactum ? Et accepimus non tantum omnia fana spo-
liata esse , monumenta sanctorum uirorum pre-
ciosiora , et thesauros ad publicam utilitatem totius
Italiæ ibi conditos , direptos esse , Sed etiam cæde et
alijs scelcribus prophanata esse , Decantatæ sunt per
ludibrium sacræ cantiones . Ita nulla non contume-
lia affecta est religio christiana . Quid Turcæ alia-
ud faciunt expugnatis christianorum urbibus ?
O ueram uocem poctæ qui dixit . Nulla fides ,
pictasq; uiris qui castra sequuntur . Quæ uox si
unquam alias , nunc maxime uisæ pari potest . Nun-
quam enim antea captis urbibus perinde polluta
sunt ac prophanata omnia sacra . Nunquam ante in
Germanico milite notata est auaricia , nunquam sacra

B ij rum